iusmodi prohibitionem intacta re-linquamus, nec non statuta iure mu-nicipali, præter aliqua enuntiata su-pra addimus Villadiegū in Polit. c. s. instruct. num. 7. ibi: Por la nuzua pre-matica del Rey don Felipe Tercero, año de 1614. los que dán, ó reciben dadiñas, ó promessas, por ser prometidos en oficios, ó beneficios, quedan incapazes para poderlos conseguir, y retener en el fuero de la con-ciencia, y como intrusos detentadores no hazen fruyos los frutos, ni salarios, y pierde lo que huuieren dado, ó prometido con el dobio las dos partes para la Camara, y la otra para el denunciador. Esto mnino vi-denda leg. 7. tit. 3 lib. 7. Recopil. In Regno Neapolitano extat pragmati-ca Caroli Quinti, data Bruxelis an-
no 1516. & alia condita anno 1536. & alia in super anno 1540. de quibus Borell. de Magistrat. lib. 1. capit. 9. Pa-
ter Prudent. de Sandou. anno 1520.
lib. 7. agens de vita dicti Cæsarlis, fol.
330. refert caput quoddam Regni,
ibi: Y que los oficios aora, è perpetuamen-te no se vendan, ni den pordineros, porque la venta de tales oficios es muy detesta-ble, y prohibida por derecho comun, y le-yes de los Reynos, por los grandes daños dela Republica.

5 Non est contemnendum cap.
71. Regiae epist. ad D. D. Franc. à To-leto 1. Decemb. ann. 1573. ibi: En quä-to al aniso que pedis se os dè, si prouereis algunos de los oficios propietarios, que va-caren por venta, porque se podria hazer co-beneficio, y sin los inconuenientes que ay en los q de acá los llenan comprados: en esto se tiene por inconueniente la venta de estos oficios acá, y allá; y así de aquí adelante se terá cuidado de buscar perso-nas competentes para ellos. Intellige in officijs rei famillatis, cap. 27. Regiae epist. ad D. Proregem, ibi: Y no vende-reis otros oficios de nuestra bazienda, & cap. 78. aliae epist. 27. Febr. ann. 1575. ibi: Como abreis entendido por la que os escriuimos el año passado de 73. os manda-

mos que no vendießedes oficios ningunos de bazienda. Nam in cæteris vbi ces-sat inconueniens, illud restribuit eidem Proregi in cap. 28. epist. die 30. Decemb. ann. 1571. ibi: En lo de la orden, que os parece se deue tener en la pro-uisión, y venta de los oficios que son ven-dibles, para que se baga allà por las car-tas que referis, mandaremos proueer lo q conuenga. Y todas las veces que enbiaredes relación de los oficios q se podrán ven-der, la enbiareis de su valor. Et licet v-num ex capitibus instruct. arbitrio-rum ad D. Proregem, D. Garciam de Mendoza 1. Nou. ann. 1591. plurima officia exigentibus necessitatibus venundari iussa sunt, quæ antea fue-rant prohibita, illud temperamentū obseruari iustum est semper, & vbiq; obseruandum, vt pote bono publico consonans, & à doctrina Diui Tho-ma deriuatum, ibi: Y aunque deseo que los precios sean amentajados, en lo que ma-yor diligēcia, y cuidado aueis de poner, es, en que se vendan los dichos oficios a perso-nas principales, y de mayor aprobacion, suficiencia, y partes que se hallaré, dema-nera que quedeis cierto, y lo sea, que no los compran por vía de contrato, y grangeria, y para aprovechamiento particular suyo, en perjuicio, y daño de mis vassallos, ni de la autoridad de la justicia, y del biē de las cosas publicas, sino para honrar, calificar, y autorizar las personas, y exercerlos con justificación, aunque a estos tales se les dé por mas moderados precios de los q podriā dar otros, en quien no obcurran las dichas calidades: porque estimo mas que tengan los dichos oficios personas benemeritas, q la diferencia de un poco mas, o menos inte-res. Refert Doctor Figueiroa in lib. de vira, & gubern. D. Pro-regis fol. 166. li- bro 5.

REGLAS

C A P. XLV.

X. Prohibitio.

De hydrargiro non distri-
buendo inter metallarios,
nec venundando ha-
bita fide de pre-
tio.

*Que no se
venda, ni
distribuya
el azogue
entre los
Mineros,
sino es pa-
gando el
precio de
contado.*

Inclidi in materiam veram, sed simi-
limam sicut, ut ait Plinius secud.
in Epist. Extat mons supremæ
magnitudinis, cuius capiti in formâ
panis sacchari desinenti pileum præ-
bet alsidua nubecula. Adhæret late-
ris filius Indico idiomate, *Huaina* nû-
cupatus, nā montes etiâ gaudent pri-
mogenijs. Euacuatis venis diuitibus
& arterijs opulentis, pro sanguine
argenteo artificialia ligna successe-
re. Hac & illac pro artubus, & mus-
culis, quibus penè nutans senile, &
per fractū corpus sustinetur, supplēt
pali succedanei, transuersæ trabes
subrogantur. Auarus senex nō solù,
vni cōcha cogit opes in pectore, sed
in imis, & profunda radice vberiores
fructus recolligit ex humiditate. Sed
in casum diuitias abscondit, saxeam
custodiam præficiendo thesauris,
nam effosor indefessus reconditos
loculos perscrutatur, expilat secreta
marsupia, & vnam, & alteram ar-
cam, quibus argētum asseruatur in-
genitū, vulgo del Sol, y del sombrio, fer-
reis istibus spoliatur. Altissimis per-
foratus est puteis, qui dum exhauri-
ri videntur vberiori incremento re-
stituuntur: replet mēbra vacuata, & vi-
res effetas instaurat, quas labor impro-
bus metallariorū fatigat, sed nuspiā
potest, nec propriam sitim extingue-
re, nec petenē Regis nostri, opulē-

tiæ fontem siccare, vt sic verè dictum
comprobetur, quod inquit Antipu-
teanus, fol. 73. lit. C. in Stateram Ery-
cij bell. & pac. Aliorum Regum ex-
bauriri possim æraria, exbauri non po-
test ærarium Regis Hispaniæ, semper
inueniet, quod bauriet ex straque In-
dia.

2 Sunt amplissimi lacus nō lō-
gè, quibus captiuantur aquæ, quas
supplicat herba Ioui, harum cursus ca-
taractis temperatur, vt ordinato, &
tempesiō ministerio cunctis bene-
ficiali a summis, vsque ad ima molé-
dina metallica percurrent, arg. 1. 1. 9.
6. de aqua, & aquæ pluui. 1. 2. §. 28. Ne-
quid in loc. publ. 1. 18. tit. 32. part. 3.
Ant. Fab. in C. lib. 3. tit. 28. dif. 5. Per-
foratus mons excipit aquatiſes mea-
tus lacunæ de Tabaconuño, quoſ
olim atenæ bibulæ viæ naturalis ex-
hauitiebat. Hæc seges aquarum, hæc
imbricum celestiū fontana collectio
molitioni, & purgationi meta lotū
subleruit, quæ conculcantur plus
quācentū, & triginta molendinis cō-
tinuo aquæ impetu volutatibus His-
panè appellantur *Ingenia*. Quia inge-
niosa dexteritate præcellunt. Quorū
ordo pulcherrimas illi litori, veluti diu-
tum insularum superadditur, qui amabili
utilitate dispositus ditat magna vber-
tate Cultores, Pretoria longe lateque li-
centia in margaritatu n speciem putes esse
disposita, vt hinc appareat, qualia fuerint
illius Provinciæ maiorum iudicia, quam
tantis fabriciis constat ornata, Cassiod.
2. var. 22.

3 Patitur metallum dū immun-
dum, & ægrum nō paucos crutiatus
quo vsque, niueū alborē recuperet,
massæq; recipiat figuram excussis vi-
tijs, & facibus originatijs, ad forma-
cem per purgatū; si sit ex eorum ge-
nere, quæ funditionis appellamus, nā
vt ait Cassiodor. 9. var. 3. metallari
minuta queque graviora discernibus
aquis à genitrici terra separant, as fictili-
bus

bus recondita, vasta fornace decoquunt, donec soluantur utiliter in liquorem, riuos quoque de flana venientes, tanto igne depurgant, quo usque pulchritudinem sui prodant, quam terrena viscera, ne cuperentur absconderant. Vincitur natura dum eam meliorat industria; pulchriorest dum arserit: potior dum decoxerit: quia tantum crescit ad pretia, quanta fuerit sinceritate mundata, origo quidem nobilis, sed de flama fascipit vim coloris, ut magis credas inde nasci, cuius similitudine videntur ornari. Sed cum auro tribuat splendorem ruborem, argento confert albissimam lucem. Quod genus deducendi argenti duntaxat fuit notum Indis in sua gentilitate, vocatuntque huiusmodi artificium, *Huairas*, de quo Besoldus in thesaur. practico, lit. B. nu. 31. ibi: Eodem tunc opere ignis descendit pars in plumbum, argentum autem superne natat. Nec alio usi fuerunt Hispani pluribus annis: ciemus hic Ioannem de Laet, qui in lib. II. Noui Orb. c. 9. Rationem aliquandi iam multum diversam esse ab ea, quam olim usurpabant: tunc enim venam in palberem redactam, in exiguis furnis, Hispanis Huairos, ore angusto ventis exposito vi excoisse, nunc autem multo labore puluerem hunc in cysternis ad id comparatis, & aqua subigi, & misceri cum ramentis ferri, aeris, & potissimum cum hydrargiro, pluribusque diebus versari, labari, & tandem viri in fornacibus, &c.

4. Postea tamen inuenitio hydrargiri plurimum questus induxit ex quolibet metallo, nam ei insertus & implicitus, ac (ut dicunt) incorporatus noxias faeces abstergit, ac sordes repurgat in sanas, virtuteque attractiva recolligit argentum, eiusque modificationi, ac maturitati subservit instar ferrimenti triticæ massæ. Pro uisa est abundè huiusmodi species à nostro Rege, tum ex Peruanæ Guancabiliæ fodinis, tum ex lög inquis-

Regionibus, vt prouissa copia satiat. Quatenus circuuecta metallorum beneficio sufficeret, & disparsata manu liberali curat asiuuaret officinas. Siquidem illæ universitas molarum specialiter contributam habet ad victu. Hoc enim instrumentum, nisi fuerit usuale, necessarium non habetur, quoniam nec ornatus potest proficere, nec partialie conuenire, ut ait Cassiod. 9. var. 39.

5. Hac moti fucata ratione iam olim Regij officiales dextra laeuaque liberaliores ipsa lege ipsoque Rege magis munifici argentum viuum dispensarunt, ac inter cunctos metallarios distribuerunt, forsitan cogitantes plus compendi regalis collecturi, quæm Agricola in surcos terræ semina spargens, sed sefellit euentus, ipseque correxit actionem, nā licet plurimū argenti solidi extraheretur, argenti viu debitū protrahebatur, magnisque æris alieni indies crescentibus reliquationibus, accidit vt nimis gravati debitores pristino debito nouū, ac pene insolubile contraherent, vel ipsa impossibilitate districti, seu in ipsum Fiscum male animati, tractates distributionem istam nundinariam, ac obligatoriā, veluti subsidiū in populum largitionale, aut Consulū missilia, proinde effusionis nomine significata: vt notat Forner ad Cassiod. 2. var. 2. de quo passim in iure, præsertim in l. Publius 36. de condit. & dem. Dion. lib. 58. Vopisc. in Auteliano, Cassiod. d. loco, & lib. 6. Epist. I. Quæ liberalitas publica Imperatorijs constitutionibus postea fuit prohibita, l. 2. 3. & 4. C. de Consul. & non spargend. ab his pecun. lib. 12. Nouell. 105.

6. Verum dicti Questores potius clavigatores, quæm venditores, tum etiam metallarij hydrargirum accipiētes debuerunt animaduerrere, aliud esse vēdere, aliud donare: Donat Principes, regnatq; languida manu,

vt ait Senec. Tragic. idest munifica, tuncque volunt dona esse gratuita, iuxta donationis naturā, qualis fuit oīm. R. Imperio distributio panis gradilis de gradibus dari soliti sine pretio, tit. 17. C. Th. de annon. ciuil. & pane gradili, Prudent. lib. priori, cōtra Symmach. Cuiac. ad tit. C. de cōdit. in public. horr. lib. 10. Cassiod. 9. var. epist. 5. ibi, siue in gradu, sic autēa distribui solita frumentatio per tesseras frumentarias, siue symbola quædam in ligno, aut plumbō, quas si frumenti non egerent Ciues, aut alia de causa vendebant. Quo respe-xit, Paulus in l. mortuo bou. 49. §. 1. de legat. 2. Theod. Imp. in l. 2. C. de frument. Alexandrino. Sic denique distributa fuere congiaria, & donatiua, sufficta scilicet laude, & gratitudine in locum pretij, quorū exercitium plus gloriæ contulit Traiano (vt habet Pliniana Panegytis) quām cæterit Imperatoribus, qui ea ege-rant parcius, Sueton. in August. Ca-pitolin. in Antonino, Spartan. in Hadriano, Seneca 4. de benefic. Lips. in comment. ad Plin. Panegyr. & l. Elect. Martialis hūc habuit oculos.

Dat populus, dat gratus eques, dat
dab. tubura Senatus.

Sed longè se habet res, cūm Rex vēdit priuatis, quodd emit ipse nō lucri faciendi causa (siquidem pro eadem quantitate, qua mercatut ab extra-neis, hāc speciē eam vendit minera-rijs) sed sibi, & subditis prospiciēdi, & faciliūs, ac vberius deducēdi argēti gratia: quo casu iura suadent Fisco preium esse soluendum, non pa-tū facientibus ad rē verbis Plinijs, sed casu verso, emit Fisces quidquid vide-turem, hoc est vt explicit Lips. Ve-na, & nō imaginaria emptio est Fisci, iū-ctis illis ex Tullio Frumentaria in Ve-rrem, ipsi pecunia cedebat, (nēpe Im-peratoribus) socijs ludibrium, & titu-

lo emendi rapiebant. Vt in proposito ex antiquis experimentis vettamus, ip-sis pecunia cedebat (subaudiminera-rijs) Fisco ludibrium, & titulo emē-di rapiebat: excipio tamen veros, ac fideles metallarios, quorum nō par-uus numerus, nec exilis annona Po-tosiæ, inter tā multos fictitios, & vmbriates qui emunt hydrargitum, vt illum faciant vñalem, & quæstu-um, at que occupent non in ysu de-stinato, sed nundinario commercio.

Hæc incauta, & tumultuaria distributio, peperit mōstruosum de-bitum Millionum, adeo, vt ex hoc genere deberentur, vsque ad anno 1629. 1. M. 8. IIij. 459. p. 5. t. 2. g. ensaya-dos, absque probabili spe recupera-tionis.

Sed cum corrīgat sequentem lapsus prioris, & de reprehensione antecedentis exēmpli nascature mendatio, vt ait Sym-mac. lib. 1. Epist. 40. Fas fuit, vt pra-dens Gubernator in re adhuc nona, non ca-neret iniudicān. Constitueretque ne ex tunc venderetur argentum viuum habita fide de pretio, sed innumerato, vt hac via fieret medella, cui mor-bus ex alia: restituto, & recuperato iure illo Fiscali, quo docemur Fisci res nō vendendas, die seca, sed oculata, vt ait Plaut. in Pseud. sed statim pre-tio illato, & refusa pecunia, de quo est text. in l. si curator 5. §. vnicō, de iur. Fisc. Constant. in l. 1. C. de vendit. rer. cum priuat. lib. 10. n. 69. ibi: Est autem absolutum fidem, de pretio habent non posse, quando venditar res Fiscales, Dom. Alfar. de offic. Fiscal. Gloss. 34. §. 1. spec. 2. n. 40.

Hic ordo pressim iniunctus est officialibus arcarijs, cæterisque mis-nistris, verū nullius in hoc emicuit zelus, integritas, animus, & indu-stria, nisi D. D. Ioann. de Caruajal, & Sadi, qui functus munere Visitatoris Generalis Senatus Platensis Regij, tunc Senatus Indianū meritissimus

Consiliarius summa dexteritate, & magnitudine animi inuencibilis graue Provinciam suis humeris imposita fœliciter peregit, in qua alijs insudauerant in casum, & defecerant, nec mitu, cū nec eam patet patratus impetraret, nec omnes Feciales.

10 Quæ non mouerunt lapidem metallarij? quas nō tentatunt artes? vt obiam irent huiusmodi mādato. In primis conati sunt persuadere difficultia, aut pœne impossibilia, nēpē haud posse colligi deinceps argenti annui solitam summam, absque vſitato iuuamine fiduciae de prætio, quæ assertio non minori ariolationis vi-
tio laborare comperta est, quam ea, quæ vulgo circūfertur de remo in-
flexo in aquis, de columba collo, de Solebi pedali, de cœlo cœruleo, de ni-
ue nigra, de ambulatione pecudū, &
arborū, quæ fallit per aquas fluminis
deambulantē cum ipse solum veha-
tar & alia, de quibus eximiūs noster
D. D. Laurentius Ramirez de Pra-
do, sāpe vocatus, inuocatusque in
hoc opere, cap. 12 amissati Pentecō-
th. Nam & Lupina auro signato, &
colore, & ipsa forma proximè acce-
dunt, nec tamen sunt aurum, vnde
Horatius, lib. 1. Epist. 7.

Nec tamen ignorat qui distent æra
de lapinis.
Sed cūm nibil tam monſtroſe à quoqua
dictum, quod non aliquis Philosophus af-
feruerit, Auctore Tullio, refert Be-
ſoldus diſſert. polit. de Arcanis, fol.
248. non defuere adhuc exprimarijs
ministris, qui antistarent rationibus
corporis metallarij. Et in primis pro
fiduciaria vēditione hydrargiri vul-
gō ſiado, vſi ſunt, persuadere in eo co-
fifere perpetuitatem, & augmentum
laboris, & exercitij metallici inu-
tionem, & detectionem nouatū fo-
dinarum: meliorationem operæ vi-
cissitudinariæ, ceu mitarum Indorū,
nec nō alia miracula ſummæ vtilita-

tis, quæ nō admitteret, niſi cœcutiēs
in Sole, ſiquidem cuncta hæc opera-
ri in comperto eſt, non potestate hy-
drargiri, niſi opere corporali, & In-
dorum manibus, & vt hi effectus mi-
raculosi virtuti dictæ ſpecie tribue-
rentur, hand inuenio maiore potē-
tiam, ſeu meliorem qualitatē ad eo-
rum operationem indidendam hy-
drargiro fiduciali, quam in numera-
to, ſed ex quantitatī maiori, aut mi-
norī illius præcipuē pendere, caute-
tamen diſpenſata.

11. Rufus addunt, quantum uis
distribuatur argentum viuum habi-
ta fide de pretio, nec ſoluto, contra
cōuentum: perfidiam iſtam, & dam-
num ex fallentia, ſeu protractione
ſolutionis ſequutū rependi alia via,
publica nempe vtilitate, iuxta illud
Taciti. Plurimum habet ex iniquo,
ſed publica vtilitate repēditur. Bore-
nit. de ærat. cap. 29. quā reponunt in
augmento beneficij plurimi metalli
cuiusvis ſortis, & portionis quinta-
riæ, ad quod inuitat distributio libe-
ratis, præſertim cūm hæc ſpecies nō
in alium effectum expendi poſſit,
nec alio vſui conueniat, iuxta effatū
ſupra à Cassiodoro, ibi: Nec ornatus
poſte proficere, nec parti aliae conuenire. Et
quasi huc appositè pertineat illud ab
eodē enuntiatum 6. var. 18. Sollicitus
auro penſetur (loquitur de distributio-
ne panis) vnde à Quiribüs vniuitate
quia gratior nobis eſt latitia fauentis po-
puli Romani, quā copia pretiosissimi me-
talli. Nec eo contenti, lineam excur-
tunt afferentes, immensum lucrum
Regis, vel in eo eſſe, vt gratanter di-
ſtribuatur, ad illumque accipiendū
gratuitō cogendos metallarios. Id
quod nō effutiret, niſi anus, vel ſom-
nians æger. Suaves etiam in eo ſunt
addentes, non habendam ſtrictā, ceu
ſcrupulosam rationem damni aut
periculi, quod admixta ad fert tot
emolumenta.

12 Nam

12 Nam & Magister mensæ lusoriæ , non sentit damnum perditæ pecuniaæ mutuatæ aleatoribus nolentibus , aut non valentibus soluere , ob lucrum immodicum proueniens ex distributio- ne talorum , sive chartarum,nec eam cohibet propter perfidiam soluere recusantium , sed anxie prosequitur.

13 Quæ quidem non rectè procedunt, nam quando compendium quatumuis magnum consequi potest,vnaque vitari damnum,vtraque iungenda est utilitas , haud vtra spe- cunda.Tradit utiliter Petr. Barbos. solut. matr.in rubr. 7. part. a nu- mer.ii.

14 Multò minus probanda est comparatio lussoris , cùm eius quaesitus,vel lucrum sit iniustum , atquè damnam, l.3. tit.7.lib.8. Recop. Re gis autem iustum , & debitum iure Regaliæ & ratione pertinentis por tionis omni iure,l.2.tit.13.lib.6. Recop.lib.1.& 2.C.de metallat.lib.11. Gutier.pract.4.c 36.Bossius in tract. de metall & argent.fodin. numer.3. Sixtin.de regal. cap. 18.de quo nos alibi latius.

15 Viterius procedunt cōminis centes rem bono omne Fisco cef- sisse occasione,qua spreto dicto rigo re,& prohibitione sub fide distribu ta fuit non exilis quantitas hydear giri,nempè anno 1634. si quidem sta tuto , & assignato tempore integrè soluta fuit , addito ex eo Regali pa ttimonio pergrandi augmento , vt inde inferant eandem viam repeten dam,qua ad tantum lucrum manu ducit.Optimè quidem si semper sa tisfactio futura esset æqualis,non de fecta,vt crebrius accidit,aut si ex ca su singulari expediens foret confici statutum generale,quod non admit titi Pompon.in l.3.Celsus in l. 4.& 5. Julian.in l.10. D.de legib. Conan.

comta.lib.1.cap.ii.num 7.col.2. Al ciat lib.1.parerg.cap 7. Nam & hi casus aduentiti non solent esse in consideratione,l.Iulianus , D qui & à quib.

16 Nec multū credendum met tallarijs soluere promittentibus, nā sicut Iupiter ridet amantium iuta menta.Neptunus naufragorū vota, Parca promissionem ægrotantium in periculo constitutorum quā ideo implere medico stipulanti nō cogū tur,Besold.consid.polit. vitæ , & mort. num 3. non secus rideri pos sunt promissiones quorūdā metallariorum, qui angustijs rei familiaris pressi,vt captent hoc emolumen tum promittant,Maria,& montes,vt in simili dixit Accursi,in l.non omnes §. §.vlt.de re militari,quo spectat Ne uisan.in sylu.lib.5.ampl.4 partes ante sententiam promittunt maria, & montes,& postea nihil dant.

17 Præterea oportet animaduerti, vt exemplar ablegemus casus illius singularis,non tam attendendū pro sperum euētum ex imprudentia actio ne,quā aduersum ex cauta,Tacit. 2.Histor. Cui canta potius consilia cum ratione,quām prospera ex occasio placerent supposito quod sāpe prana magis , quā bona cōfilia prospere eueniunt. Aut si nō sāpe,vt Sallustius certè interdum, & dominatur , ac ludit in humanis rebus,præter omnem rationem no strā præpotens illa ratio,ides fatum, Prosequitur Lips.ad 3.lib.Polit.cap. 6. At ius nostrum ad ea quæ frequen tius accidunt adaptari oportet, l.nā ad ea §.de legib.vbi Nævius, & Ant. Faber.in rational.Menoch.rem.3.n. 91.Tiraquell.lib.1.§.20.gloss 1.num. 4.Castill.in leg.13.Tanti verb. sūlen occurrit.

18 In quo & utilitas, & nō leui dense negotium ipsorū metallario rum versatur,cū hac via eximantur à molestijs exactiōis debitæ quan-

titatis, & æris alieni onere nō exiguo cuius incommoda exactè, ac eruditè recelet Anceus Robert. lib. 2. rer. iudic. capit. 15. carceris tedium, se-
ctio corporis, auctionatus bonorū, nam vt ait Cassiodor. 12. var. 10. Rationum publicarū reliquæ infauſtæ sunt aegritudini comparandæ, que grauatum debilitant, ni ſi ſub celeritate diſcadant. Reatus quidam eſt eſſe ſub debito, nec liber potest veraciter dici, qui probatur obno-
xiuſ reperiri. Tū locatio, vel addiſio fodinæ, & molæ, que fieri conſueuit, iuxta ordinationes, ac tradita ab ip-
ſo Cassiod. 5. var. 18. in bonis addiſiis Thomatis debitoris ob debitum fil-
cale, tot. tit. de conuen. Fisc. debit. & tit. de fide, & iure hæſtae Fisc. C. lib. 10. conſerunt latè dicta hoc lib.
cap. Item que ex comparatione Prætorij pignoris congerit, Corui-
nus institut. lib. 3. tit. 15. Vulterius lu-
ris pr. cap. 33. num. 27. Scheneid. lib. 3.
tit. 6. §. item Seruiana, numer. 6. ap-
tissimus text. in lib. titibus 20. C. de
Agric. & cens. lib. 11. ibi. Si autem fi-
deiuſſione ceſſante ad ſequeturum
res veniat, & pecuniæ deponātur, &
ex earum ſumma, tantam iudices-
parare, quanta publicas ſufficiat fun-
diones.

19. Nec definunt tanquam ad ſta-
tuam reorum confugere ad vſum,
ſtylum, & affiduitatem captandi hy-
drargirū habita fide de pretio, que
instar legis cōtendunt obſeruari de-
bere, cap. ſuper quibusdam, §. præte-
cē, de verb. ſignif. leg. 3. §. duetus, de
aqua quoꝝ. l. vlt. de aqua pluu. glos.
can. 1. verb. manuum veſtratum 13.
queſt. 15. leg. de quibus 32. de le-
gib. & veluti quodam præſcriptio-
nis iure nitentes volunt excludere
Fiscū à iure aliter vēdendi, quā ſub
fiducia, & ſpe futuræ ſolutionis, qua
ſi in ea conſenſerint Proreges, Præ-
ſides, Præpoſiti, & Arcarii, à quibus
factum perinde habendum putat, ac

ſi ab ipſo Cæſare cuius viceſ getunt;
1. I. D. de officio Proc. Cæſ. Atque his
alias, atque alias rationes ex ſuo pe-
nuario adiungunt eadē fidelia deal-
batas.

20. Verum oīnibus ut appare-
tibus, & fucatis conueniunt verba,
que in ſimili protulit, Cardin. Pa-
læot. de fact. Conſit. pat. 5. queſt. 12.
ibi: At verd rationes improbabiles, &
apparentes ſunt velut numini adulterini,
qui huiusmodi ſunt, ut ſine multi, ſine
pauci quatenus numni, nullios ſint mo-
menti: deſt enim illis probabilitas, que
eſt velut in pecunia ſignum Regium, aut
in ſigillo figura, que incera imprimitur.
Et prædictas nupero relatu, eadem
ſæbri teneri conſtat ex eo, quod ius
Regale fieri nequit deterius ex pra-
ua, aut noxia officialem administra-
tione, Caud. decil. 80. num. 11. part.
2. Faricac. decil. 57. numer. 7. & 8.
Bart. in l. 1. §. denique, num. 5. de aqua
pluu. arc. Capyc. decil. 37. Costa
in ſpect. 72. num. 12. & 13. D. Larrea
alleg. 93. num. 22. Neque eorum abu-
ſus, aut conſuetudines improbabili-
les nocere poſſunt Regi à quo præ-
ponūtur, nā vt ait Cassiod. lib. 1. ep.
10. Arbitr̄ arca habeat iuſtas conſuetu-
dines ſias, & ſi hoc verbum obſuetu-
dines, alijs nec infalſiter intelligūt, re-
ferūtq; ad tributa veluti ſynonyma
quasi idem ſit tributum, ac conſue-
tudo, Nouell. Iuſtinian. 123. capit. 3.
ibi: Pro coſuetudinibus illa ſola permitti-
mus præberi, & Nouell. 128. ſolemnia
vocat, l. 1. D. de munere & honor.

21. Et ut talis conſuetudo inole-
ret cum ſit cōtra præcepta Domini-
ca, & ſacras iuſſiones præualere nō
debet, & dum diuurnior, inole-
rabilios reputatur, cap. fin. de con-
ſuet. cap. cū cauſa 8. de ſentent. & re
iudic. ibi: Nos autem conſiderantes quod
licet vſus, vel conſuetudinis, non mini-
ma ſit auctoritas, nunquam tamen veri-
tati, aut legi preiudicat, l. 2. C. queſit
ion.

longa consuetudo, Anton. Faber. in C. lib. 1. tit. 2. dif. 45. num. 20. ibi: Quæ sane consuetudo iuri repugnaret, ac tamet si probata utique seruanda non esset. Maximè si aduertamus, consuetudinem nullo tempore præualere, aut cōsistere nisi de scientia, & voluntate domini, iuxta notata in l. 5. tit. 2. p. 1. Innocent. in rubr. de cōsuetud. Abbas in cap. fin. de cōsuet. Dueñas, regul. 141. Auendaño de exequendis mandat. cap. 19. num. 3. vt per glos. verbo statum in cap. constitutionē, de V. S. Decian. respons. 51. num. 114. l. 3. vbi Gregor. verb. confin tiendolo, leg. 6. tit. 2. patt. 7. Mier. I. p. quæst. 62. num. 42. Dominus autem ac Rex noster tantum abest, vt huic consuetudini acquieuerit, vt eam pressim dānauerit, suosq; ministros grauiter reprehenderit, Regia sche dul. dat. die. 15. Febr. an. 1633. ibi: Pues es caso fuerte, que al mismo tiempo que estoy yo baziendo assiento para las prouisiones de mis exercitos, y fronteras tan a costa de mi bazienda, tenga tanta cō que poderlo sapir, y no me sea possibile valerme della, por el poco cuidado que han tenido, y tienen de su cobrança los Ministros.

22. Præterea, quia non tam quid fiat Pot osix, quām quid fieri debeat spectandum est, iuxta l. sed licet 12. D. de officio Præsid. Talia enim res pui, vel admitti oportet tanquā meri gubernij, aut gratiosæ facultatis, quorum natura præscriptioni resistit, Ludou. Gomez, decis. Rotæ De cad. 402. Anton. Fab. in C. p. 2. lib. 7. tit. 13. diffin. 4. n. 2. post Bart. in l. cum C. de præscript. in fine princ. ex text. expresso in l. notissimi præscriptio viam 2. D. de via publica. Adeò vt nec per mille annos possit procedere, latè D. Larrea 2. tom. allegat. Fisc al. aleg. 67. nu. 33. ex l. Proculus 26. de damn infect. 1. 1. §. denique Mar cellas, l. si in meo fundo 21. de aqua pluvia arc. l. qui iure 42. D. de acquir.

posse. glos. fin. verb. qualitatē in l. solet, D. de officio Procons. Decius cons. 8. num. 4. Ludou. decis. 1626. num. 15.

23. In quo etiam duo notari oportet, quæ impediunt præscriptionem præfatæ consuetudinis. Primum, quod cum dicti metallarij sine debitores, non possunt, non esse in mala fide, quæ quidem præscriptio nem excludit debiti, seu modi soluendi, optimè Auendañ. fere in nostris terminis, de exeq. mandat. cap. 30. nu. 11. ibi: Non posse debitorem actio ne personali prescribere, cū n sit in mala fide, qua interveniente præscriptio non procedit, ut in cap. possessor. deregul. iur. in 6. vbi est glossa, quod in ista materia standū est iuri Canonico, cū vertatur na teria peccati, nec seruanda sunt leges dis ponentes posse prescribā actioni, & ista est communis opinio. Balb. in tract. de præscript. 2. p. tertie part. quæst. 13. facit c. fin. de præscript. l. cum hæres, de di uers. & tempor. præscript. l. si aliena res de vñucap. l. 2. pro emptore, l. 40. tit. 28. l. 12. tit. 29. part. 3. Quod non solum procedit in longi temporis præscriptione, sed etiam in immemoriali, D. Castillo, qui refert plures pro hac opinione de tertii s. c. 24. num. 23. videndus D. Larrea, allegat. Fiscali 67. num. 24. Id quod à fortiori debet procedere, quod ius Fisc ale resistit, legibus prohibitorij sat matū, argum. l. quemadmodum, C. de Agricol. & censit. l. vbi lex 24. de vñucap. cap. 1. de præscript. lib. 6. Puteus decis. 138. lib. 1. Rebuff. de decimis, quæst. 13. Menoch. lib. 3. præ sumpt. 130. num. 7. Unde prouenit, quod resistente iure non possint in ra Regalia, nec per immemoriale ac quiriri, multò minus debita persona lia, l. 2. tit. 15. lib. 4. Recop. de quo scitè, D. Larrea dict. allegat. 67. num. 27. Cauedus decis. 109. per totam, D. Amaia.

Rur-

24 Rursus facit, quod consuetudo, ut praescripta intelligeretur in nostro casu in fauorem minoriorum deberet non esse interrupta; quia interruptio etiam ex uno actu destruit prescriptionem, ex l. usuratio 2. i. naturaliter s. de usucap. Gutier. de iuram. confirmat. 3. p. cap. 1. num. 34. Otalor. de nobilit. 2. p. 3. princip. c. 9. Ioan. Garcia, eod. tractatu glos. 6. n. 25. Sesse decis 3. n. 24. D. Castillo, de tertius, c. 35. ubi innumerous pro more refert. At debitores metallarij non semel interpellantur ut soluant, ite non continuo sibi verdictum hydrar- gitu sub fiducia intendere possent, si quidem, & quotidie conueniuntur, & urgentur, quod silit cursum praescriptionis, ac inducit malam fidem, l. nec bona 10. C. de praescript. long. temp. l. 29. tit. 29. p. 3. & feret innume- ris occasionibus, distributio huius speciei facta fuit prætio numerato, quibus interrupta extitit contribu- tio, seu verdictio fiduciaria, quæ aperi- tius constabat ex diserto, ac prudenti respôso D. Præsidis D. Ioan. de Carua- jal & Sade ad Epist. D. Comitis de Chinchó qui eū vti Delphicū Ora- culū prudētiae huius materiae, & coe- terarū gubernij cōsuluit, cuius ver- ba inseri libuit, tāquā digna cupres- so, ut in similibus negotijs, in quibus quotie uno disecto capite alia pullu- lant, ad instar hydræ capitosæ obser- uentur, colantur, & faciem præferat viæ admodum tenebricosæ.

25 Tan antigua es la instancia de los Azogueros, sobre q̄ se les fie el azogue, q̄ la ballo tocada en cedula de 8. de Mayo de 1572. mandado ya por el de 1570. re- cogere este genero en los Almacenes Reales, an̄ido sido antes mercaduria comun. Dio- le el Señor Don Francisco de Toledo el año de 77. en administracion, y fatoría, be- cho assiento por tres años, con quattro per- sonas particulares: mandó su Magestad al Señor Don Martin Enríquez al car el es-

táco, por cedula de 30. de Septiembre de 1580 aunque ordenandole por otra de la misma fecha que primero lo comunicasse de pala- bra con el dicho su antecessor, y con las Audiencias de las Charcas, y Quito, y con el Corregidor de Guamanga: y vistas sus informaciones, y pareceres ejecutasse lo mas conueniente, cometido esto así a su ar- bitrio, no lo puso en ejecucion, ni hizo no- uedad, con que el assiento se continuó has- ta 6. de Abril de 1592. y desde entonces bolviendo a administrarse el azogue por cuenta de su Magestad, y dādo de nuevo prin- cipio al siado. Se dió tambien a las malas pagas, queluego se siguieron, para cuyo re- medio, y tomar sobre ello congraa disposi- ció: por mandado del señor Marques de Ca- ñete, el año de 94. se hizo una justa en Potosí, assistiendo, y presidiendo el señor Licenciado Juan Diaz de Lupidana, en la qual hubo varios parceres, diciendo unos, que el azogue se eſtusiese en los Al- macenes, y q̄ el que lo hiciesse menester, lo sacasse, y pagasse de contado, preuiniendo, y y escusadose desta manera al peligro, y ries- go de la cobraca, otros que se fiasse por un año con toda seguridad, y buenas fiancas; y cōque todo suprocido tuviessse de ir en cada Armada, con la demás plata de su Magestad, porque esta fue calidad, y supo- sicion expressada en la probibició, y despa- cho del dicho señor Virrey.

26 En esta cōformidad se dió algunos años, y en ellos se siépre creció la demanda, y recagádose grandes sumas, sin poderlo re- mediare el dicho señor Licenciado Lupidana, q̄ por su parte, y con los oficiales Reales as- sistio a ello, con medios prudētes, y suaves, y no bastando estos, cō rigurojos de ejecucio- nes, prisones, y administraciones de inge- nios cōtra principales, y fiadores. Procuró repararlo el señor D. Luis de Velasco: y en los años de 99. y los dos siguientes con nues- tu modo, y oyndado cobró el valor de to- do el azogue que se destribuyó en ellos, con mas alguna parte de recagos del antecedente, y fueron cortos los que dexó de cobrar en los años de 600. y 604. y mas cortos los

los de los años de 605. y 606. que alcanzó el señor Conde de Monte-Rey, y de allí a delante hasta el de 614. insistiendo en ello al señor Marqués de Montes Claros, se dió, y cobró de contado el azogue, la más grápar-te de rezagos, de manera, que quedó adeuda de este género al fin del dicho año en solos \$130.771 pesos, siete tonines ensayados, siendo antes de un millón, y 3000. pesos.

27 La goloña, è interés del azogue, con calidad y no mejor, ni mas onydadosa cobranza, cobrido, y obligada siempre á los Azogueros á que cō instacia, importuna-cion, y porfia lo pidan fiado. Y así por es-tos medios en los años de 15. y 16. consigue-ró alguna dispensación, pero tā corta, que en ambos solo b. 100 de recago, 100. 125. pesos, y ocho granos. Descuidose algo el señor Principe de Esquilache, y desde allí co-nueuo fiado bolvió la deuda a crecer, y to-mar tanto cuerpo, que no estorvando el se-ñor Marqués de Guadalcazar, llegó el año de 29. a sumar de un millón y 8210. 459. pesos, 5. 2. granos ensayados. En el de 30. comenzó V. Excelencia este tan gra-ue daño a reparar contan buenos efectos, que disponiendo la paga de cōtado, y hecha punto valmēte de todo el azogue distribui-do en aquél, y en los quattro años siguien-tes, se alargó tambien a cobrar de la deuda atrassada, y la minord 460. 622. pe-sos, 7. ton. 9. grán ensayados, de que tengo embiado a V. Excelencia certificación au-tentica, firmada de los oficiales Reales, co-prebendiédose en ella solo Enero, y Febre-ro priñeros meſes del año passado de 635. en cuyo fin quedó la denda de recagos atra-sada en un millón, 3770. 318. pesos 4.t. 4. gran. y se vā continuando el misno cui-dado para que (sinofimida el paſſo) se lle-gue presto a terminos, que ésta deuda gi-gante se resuelva en pīgneo.

28 También deve advertirse, quella variedad de los tiempos ha ofrecido acci-dentes, por donde se prenda de aparente es-eusa para los señores Vizreyes, que han alargado la mano en fiar azogue, y no apre-tadola en la cobranza, sirviendo assimismo

de abbaque, y parte de disculpa á los mis-mos inferiores, q aquí han pecado en ello, atropellando á caso las ordenes con mala execuciō, y peor observancia: Dijo, pues, q en tiempos ha andado tanta abundancia de azogue, que cō ella se hizo en ellos desfigu-able el material, que tiene nos por pri-ne-ro, y conocemos por mas necesario, y im-portante en las Indias: rogauase entonces con él: deseáuan los Presidentes, Oidores, Comisarios, y los oficiales Reales desocu-par Almacenes, viendo lo poco que en ellos sirue, y lo mucho que apronecha, y bazerle tratable, y su consumo, de mas de que antes de aora decid de tener en su venta, y paga-algan aumento la hacienda Real, como se ve, en que despues se ha variado, y minora-do el precio.

29 En un papel antiguo, y autentico (aunque sea fuera del tiempo en que oy, y salga al go del punto) me acuerdo au-leydo que por fin del año de 1586. Carlos Corso de Lecca descubrió el beneficio del yerro, con el qual, si antes se perdían diez li-bras de azogue, se consiguió el no perderse mas que una; y que animados con ésto, mu-chos que estaban á punto de desamparar la villa, y su cerro, bolvieron a proseguir sus labores, las entablaron nacuas, engrosaron el beneficio, y se reparó una gran despobla-cion que amenazaba; y que sin embargo de esto, y cō todo esto viendo el señor Cde del Villar el poco cōsumo de azogue, y porque briessemas, enbid Provisión para que no se usase del dicho beneficio del yerro. Bié se encarece cō esto lo que se procurara, el mayor consumo, y aun entonces: y en aquel caso, la consideracion y razon dello, no era tan útil á la Real hacienda, como fue despues.

30 Los Azogueros en tales tiempos se hazian y bizeron del rogar, pidiéndoles a los Ministros Reales solo el azogue, de que limitada nete necessitauan: asi a tan-to, que por consumirle, y ocuparle, los in-portunaron muchas veces, á que sacassen mucho mas, y obligados del respeto, y con-testa, le sacaro algunos cō artificio; otros se

valiero de la ocasion; diose à muchos, examinado poco, para que le auian menester, y sin tñcar metales que tunieffen, buuo personas q̄ sin tratar del ministerio, entraron en azogue, cargandole sobre si quando no se les ofrecid cabeza de Azoguero, ó soldado del cerro, cautela, ó pretesto de que echaron mano los mas.

32 Todos al fin gozaron del barato, y con el azogue de la caxa Real se bizieron tantas baratas, que de alli saliero compras de oficios, y ingenios, chacaras, casas, heredades, y baziendas de vres hijas, sustento, y la ciñeteo de personas, pagas de plagos cumplidos, y en perdidas hechas al juego, gastos publicos, remedio en las ejecuciones, y en qualquera tiempo, y ocasion recurso al necessitado, y tráposo: en efecto buenos, y malos han suprido con azogue sus antojos, y la necesidad, y en llegado esta á su puerta iban á la de los Almacenes Reales, que abierta facilmente, con mediano credito, y menos que razonables fiancas, les dava: fiada cátidad del genero q̄ vendid de contado á menos precio: puso en sus manos la plata que no hallaran, ni á su gasta ran por otro camino. Ese van seguido muchos, y tenemos á la vista varios exémplos de personas que han comprado oficios, y no teniendo el contado para la caxa, usaron de la misma traça, y la enteraró, quedandole por otro lado, deudores de mayor partida.

33 Deste abuso, y del descuido, y blandura en las cobranças á sus plazos primeiros, se han seguido los daños, que padecel la bazienda de su Magestad, correagos tan quantiosos: muchos cuerdos, y no pocos de los mismos Azogueros me lo bádiclo assi varias veces, ponderando, que con ello los pusieron en manifiesto peligro, y juzgada ocasió de mayores gastos, y mas superfluo desperdicio. (Antigua enfermedad desta tierra,) y afirmado, y sentado por cosa, resolucion, y conclusion cierta, que el azogue siado ha sido la cabeza, y fundamento de la perdicion, y empeño grande en que oy se hallan, pues á ve-

zes hecha con él la barata, remedio el aprieto, y despues fue inesensable otra para pagar la primera, y con otras de menos precio en cada una abund pocos, que perdieron por año veinte por ciento, asiló se hallado eserito, y me lo han dicho algunos q̄ lo viero. Y para que esto se haga verisimil, y lo dicho cõste á V. Excelécia, conozcanse las deudas de Azogueros, y se verá, quelas mas y mayores, y casitadas son cargadas á la Real caxa, y de solo este genero para gouernarle, y administrarse en Potosí, sin duda alguna, los señores Virreyes deuen andarcö particular brujula, y atencion, variando medios al passo de los accidentes; porque si embian abundancia de azogue (que es lo que la Provincia requiere, y almacenes bié probeydos y abiertos para qualquera que lo pida) luego se atrassien tres, ó quattro malos Azogueros, que yo conozco, y aunque gastá poco, lo turban, y previertyen todo; y aduirtiendo, y avisando á los demás, los mueven á no pagar lo luego, y esperar á que se les fid, con q̄ tratan, y entablán un expresso monepolio: y los Ministros de su Magestad viendo que el azogue se estaua quedo, y el daño comun que dello resulta, se hallan perplejos, titubean, y bacilan en la conveniencia del contado.

34 Si embian poco, contento, y limitacion, de modo que ambrea la Provincia, y se evitan los dichos inconvenientes, y cantela: cierto es, que se asegura el estado, porque todos, y á porfia procuran el remedio, y preuencion de su necesidad, sin reparar encomodidades del tiempo, ni aun del precio, pues ya se han visto quintales de azogue pagados á docientos y cincuenta pesos (no en estos ultimos años, ni para beneficio de metales pobres) pero signese de aqui otro mas graue perjinzio, porque segun el cōputo del azogue, se ha de bazer el de la plata q̄ cõ el se beneficia, y saca, y siendo limitado, lo han de ser los quintos, y la demás que queda para el comercio, y lo sienten, y padecen todos, yes la mayor calamidad desta Provincia, y forzoso que cunda por

por las otras à quien ella comunica sus frutos. Y aunque se que un gran prudente , y pratico maquind, y ed aduertido fundamēto, y particular razō, dixo, y juzgō importante, que en este almacē anduviesse ese ajo, y nunca sobrado el azogue ; siempre yo seré de contraria opinión , y tengo por muy menores los inconuenientes de la abundancia, y sobra, y por facil , y à la mano el expediente con que vencerlos, y allanarlos.

15. Præter iura supra dicta ac boni regiminis, quo ad hanc speciem, seu membri rei Dominicæ Principalia mādat a, extat nuperæ Regiæ Sche dulæ, quibus cōfirmatae sunt veteres ac animosa resolutio earū exequuta, à D. Prorege Comite de Chinchon, nempe quædam datae anno 1633. duæ transmissæ ad eum, & vna ad dictum D. Visitatorem , his verbis. Tendo con presupuesto , que si el azogue que se embia de estos Reynos, no se cobra el precio del, con la puntualidad que té go resuelto, y estan necessaria , no se podrán continuar los asientos que baxen para la provisión del, pues por las necesidades presentes, es menester acudir al remedio dellas , con todo lo que viene del Reyno , sin diuertirla en otros efectos. Et in Schedula ad D. Proregē, dat. 15. Febr. dicti anni hæc verba proferuntur. Y assi visto lo referido, y el apretado estado de mi bazienda, me he conformado con vuestra disposición, assi en quanto à que se dé el azogue de contado, como en que se vayan cobrando à quenta de lo atraffado, las cantidades que se pudieron, y en esta forma lo ireis continuando.

36. Item in condita Schedula die postr. Martij. Y asiendose consultado, me ha parecido bolneros à encargar, como lo bago, pongais particular cuidado en la execucion de lo sobredicho , de manera, q se cumpla con efecto; y en ninguna manera se dé el azogue al fiado, como se solia hazer. Et in prefata Schedula ad d. D. Ioann. de Caruajal , die 19. Aptilis, superioribus verbis repetitis, additur. Y assi es preciso q su valor se sobre-

de contado, como se ha comenzado à hazer. Vrget præterea alia dat. 27. Sept. anno 1614. ad integrum, & magnū Præsidem Argentinum D. D. Dida- cum de Portugal, ibi: Para que también se dé de contado, de qua , & medio proposito à dicto Præside latius infra.

37. D. Marchio de Montes-Clara-ros, in eandem rem scribens , ac sua sensa prodens D. Principi , Schila- censi in relat. status Regni Peruani, num. 92. ait. Guardandose la orden que dexo, de que el azogue se venda de contado como se ha hecho, sin dificultad, ni meno- rcazo de la conservación de aquél asiento. Quæ quidem obseruari debet ad un- guem, iuxta à nobis tradita sup c.... quibus addimus. Obedientiam Re- giis ordinibus debitā, vinculū esse per quod Republica coheret, & spiritu nō ob- talem , ex Senec. de Clement. cap. 4. Fulcrum rerum humanarum, ex Lips. lib. 2. Ciuit. doct. cap. 1. apposite Ci- cero lib. 3. de legibus. Sine obedientia domus ulla, nec ciuitas, nec gens , nec ho- minū uniuersum genus stare, nee rerū na- tura omnis, nec ipse mundus potest. Huc spectat mos Atheniensium, Auctore Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 5. qui dam- nabat reos, nō sī totam legē, sed vel si vnam syllabam transgressi fui- sent: tradunt plura, vsque ad naufragia, Dom. Valenzuela in discurs. stat. & bell. 2. part. considerat. 2. Mastrill. de Magistrat. lib. 5. cap. 3. numer. 40. Bo- badill. in Polit. lib. 5. cap. 1. Adam. Concen. lib. 5. Polit. cap. 8. §. 15. D. Soloz. de Indiarum gubernat. lib. 3. cap. 27. num. 26. & 27. nouissimè D. Larrea 2. tom. allegat. Fiscal. allegat. 63. sub titulo, de obedientia Regibus de- bita, ybi omni iure tam naturali , di- uino, ciuili, communi , & Hispano, atque Pontificio , Principi debitam esse obedientiam, late probat. vidē- dus luculentus tractatus de obedi- tia Ioniani Pontani præsertim, ibi: Et quoniam natura ipsa ubique vim ostē- dit suam, muta animalia , & beluarum

grees ductores quosdam habent, quos se-
quantur: cum ne gruum quidem sine dñe
volatus sint longiores. Ex his igitur iudi-
care licet, tametsi Regibus parentum sit
nibili minus liberos esse nos: & quanquam
liberi sumus, parere tamen oportere, ut
dii liberi esse valeamus. Nam ut Cicero
ait legum serui sumus, ut liberi esse posse-
mus. Coecus obedientiae minister ce-
teris oculatior reputatur. Musuo
ore Horat. Quaranta nuper in Cine-
res nostri Principis. Nunquam magis
oculatus, quam cum obedientia coecus erat.
Quod inde imperandi Oracula disceret,
ubi amitteret oculos, & Hispani Tauri Ar-
gas fieret cum cœcutiret, in sceptri cuspide
oculatum Ægyptij posuerant, &c.

38 Nec desunt iura municipalia,
tractus nostri Perubici idem præci-
pientia ac etissimis verbis, adhuc in
nostris terminis. Quorū meminit di-
ctus D. Præses Granatensis, d. respōs.
num. 51. No sè como lo erramos, tenien-
dolo su Magestad preuenido, y mādado tā-
tas veces, y deuiendo siempre inclinarnos
antes a cumplir, que interpretar las leyes;
dexo otras, y valgome solo de cedulas diri-
gidas de sta Real Audiencia, y a su Presi-
dente, una de diez y siete de Setiembre de
1596, tratando de la distribucion de azo-
gue, y otros particulares, dize à la Audiē-
cia: Yo os en cargo, que de vuestra parte
acudais con grande diligēcia, y cuidado a
procurar el buen asſiēto de todo, cumpliendo
à la letra lo cōtenido en los despachos, que
aora se embiā: por que la falta que en esto,
y en otras cosas ha auido, ha sido por no
cumplir como se deviera lo que se ordena; y
en esta parte no se ha de admitir ninguna
disculpa, ni replicē. Otra de cinco de Mayo
de 619. al señor Don Diego de Portugal,
dize: Pues à mi solo me incumbe decla-
raro mi Real voluntad, como lo hize por
la dicha mi cedula, y à vos, y a effs Audiē-
cia la execucion de ello, sin lo qual todo lo
que se ordena, no sirve, sino de multiplicar
culpas contra los remisos, pues viendo se la
necessidad, y dādo se su remedio, no se ex-
e

cuta como conviene. Otra de eatorce de
Agosto, de 1620. à la misma Audiencia,
dize: Y porque sirue de poco las ordenes q
se daní (q siempre se baze cō grande acuer-
do, y consideracion) sino se executan, y ef-
te es el mayor daño que ha auido en el go-
bierno de effs partes, de dōde han resulta-
do intolerables daños, y el principal desve-
lo, que en mi Consejo de las Indias ha de
auer, como se lo tengo encargado, ha de ser
tenerle de saber, como se obedece, y cumple
lo que mando, y quien no lo hiziere, ha de
ser castigado senerissimamente.

39 Para sobreseer la execucion de las
tales cedulas, solos dos casos pone, la de
cinco de Junio de 1528. confirmada por
otra moderna, que son quando del cumpli-
miento se siga escādalo conocido, ó daño irre-
parable: estos, ó alguno de ellos auian de
ocurrir para q álos Azogueros les fuese
licito suplicar de las cedulas sobredichas,
cō que honestādo se quebrantamiēto, no
fuese tanto por el alabar el trasgressor, ni
el escrivir, ó firmar la carta: los Diputados
del gremio, todos me parecen libraran de es-
candalo la accion sin embargo de queten-
ga assomos, y aun calidades de la inobediē-
cia; pero ellos afirmarán que resulta una
ño irreparable del cumplimiento, y yo afir-
mo que resulta de la transgresion.

40 Sunt notabilia in proposito
verba cuiusdam Regij Schedul. 17.
April. ann. 1623. ad D. Marquionē de
Gelues, Proregem nouæ Hispaniæ,
nec non dispositum in ordinatione
25. Indiar. Cōsilij in nouis, circa im-
plementum Regij mandati, vt supra
fundauimus, nisi adsit ratio cunctā-
di, & replicāndi ex causis proximē
dictis in nupero, D. Præsidis respon-
so, quibus addenda sunt à nobis cō-
gesta in cap. 30. casu. 27. & præter ea
text. in nouell. 17. cap. 4. de mandat.
Princip. ibi: Tunc tu suscipiens quidem
talem formam, non autē aliquid agens ex
ea, antequam ad nos nuntians secundum
præceptionem nostram suscipias, l. i. §. i.
de appellat. vbi Vlpian. ex auctorita-
te

